CHRISTIANUS HUGENIUS

DE

VI CENTRIFUGA.

CHRISTIAAN HUYGENS

SUR LA

FORCE CENTRIFUGE[1].

La gravité eſt la tendance à choir: ſi l'on admet qu'en vertu de cette tendance les corps pondérables qui tombent ſoit verticalement ſoit en ſuivant des plans inclinés ſe meuvent avec une accélération telle qu'en des temps égaux d'égales viteſſes viennent s'ajouter à la viteſſe acquiſe, on peut en ſe baſant là-deſſus démontrer rigoureuſement que les eſpaces parcourus en des temps différents par des corps partant du repos ſont entre eux comme les carrés des temps. Or, ce réſultat eſt en parfait accord avec l'expérience. Il s'enſuit que l'hypothèſe énoncée eſt correcte. Les expériences de Galilée [3]), de Riccioli [4]), ainſi que les nôtres, montrent ce parfait accord; à ceci près que la réſiſtance de l'air cauſe un petit écart, d'autant moindre toutefois que les corps poſſèdent plus de gravité par rapport à la grandeur de leur ſurface et que nos expériences portent ſur des eſpaces plus courts. Il eſt donc parfaitement croyable que ſi la réſiſtance de l'air n'y faiſait pas obſtacle la même loi ſerait rigoureuſement obſervée même dans des eſpaces très vaſtes. Mais maintenant, de même qu'il réſulte de la réſiſtance de l'air qu'un

---

[1]) Le texte latin du préſent Traité est à peu près conforme à celui qui occupe les p. 401—428 des „Opuscula postuma" de 1703 (voir la note 1 de la p. XII de notre T. XIII). Nous possédons le Manuscrit, écrit de la main de Huygens, auquel ce dernier texte a été emprunté sauf des changements d'interponction et quelques autres changements, des additions et des omissions. Nous rétablirons en partie l'interponction de Huygens et nous rendrons compte dans les notes des changements et des omissions s'ils ne sont pas entièrement insignifiants; quant aux additions, parfois très considérables (voir la page 238 de l'Avertissement qui précède), nous les mettrons entre crochets.

Le Manuscrit de Huygens que nous venons de mentionner fait partie d'un assemblage de feuilles détachées dont les pages ont été numérotées par Huygens de 1 à 28. La première de ces pages a été datée par Huygens le 21 oct. 1659. Nous en reproduisons le contenu ainsi que celui des autres qui, comme elle, sont étrangères au présent Traité dans l'Appendice I. On y verra que les théorèmes qu'elle contient indiquent que la théorie de la force centrifuge

éd. 1703. 401.

CHRISTIANUS HUGENIUS

DE

VI CENTRIFUGA[1].

GRAVITAS eſt conatus deſcendendi [2]). Ponendo itaque gravia cadentia ſive ad perpendiculum ſive in planis inclinatis moveri ea acceleratione, ut temporibus æqualibus æqualia accreſcant celeritatis momenta, certiſſimè inde demonſtrari poteſt ſpatia diverſis temporibus è quiete peracta eſſe inter ſe, ſicut temporum quadrata. Hoc autem experientiæ exactè convenit. Ergo recte illud aſſumptum eſſe conſtat. Exactè convenire experimenta Galilei [3]) Riccioli [4]), noſtra comprobant; niſi quod aëris reſiſtentia pauxillum quid aberrare facit, ſed hoc eo minus quo corpora plus gravitatis pro ſuperficiei magnitudine continent, quoque in minoribus ſpatiis periculum facimus. Unde credibile omnino eſt niſi aëris reſiſtentia obeſſet etiam in vaſtiſſi-

---

se trouvait déjà dans un état très avancé. Le même fait est prouvé par quelques annotations dans le Manuscrit A (voir sur ce Manuscrit la p. 4 de notre T. XV); consultez à ce sujet l'Appendice V qui suit. Nous croyons donc pouvoir dater en substance de 1659 le présent Traité.

Outre l'édition de 1703 il en existe une réimpression, qui occupe les p. 107—134 du T. II des „Opera reliqua" de 1728, ouvrage mentionné à la p. II de la Préface de notre T. I.

[2]) Cette phrase, ajoutée (ainsi que le mot „itaque" de la phrase suivante) par une autre main, fut empruntée à une autre feuille que le reste de cette page. On y lit de la main de Huygens: „Gravitas est conatus descendendi. Descendunt vero gravia motu accelerato secundum numeros impares ab unitate 1, 3, 5, 7". Après quoi Huygens fait suivre: „Itaque cum grave", etc. (voir le deuxième alinéa de la p. 257).

[3]) Il s'agit de la „Giornata terza" des „Discorsi e dimostrazioni mathematiche intorno à due nuoue scienze" de 1638, voir les p. 212—213 du T. VIII (1898) de l'édition nationale des „Opere di Galileo Galilei".

[4]) Voir les p. 381—397 du „T. I, Pars Post. Liber IX, Caput XVI" de l'„Almagestum novum", ouvrage de 1651 cité dans la note 7 de la p. 402 de notre T. I.

globe en liège atteint bientôt un point à partir duquel il se meut, en continuant à tomber, avec une vitesse uniforme (ce qui est nécessairement également vrai pour un globe en plomb si petit qu'il a par rapport à sa gravité autant de surface que le globe de liège, c'est-à-dire, dont le diamètre est à celui du globe de liège dans un rapport égal à celui de la gravité spécifique du liège à celle du plomb, comme je l'ai démontré ailleurs [1]): de même aussi j'estime à propos d'un globe en plomb arbitrairement grand que, s'il continue à tomber à travers de l'air, il parviendra enfin lui aussi à un état de mouvement uniforme, bien entendu après avoir parcouru un espace énorme, de sorte que la loi de l'accélération ne sera pas valable dans ce cas, et que par conséquent cette loi ne sera en réalité jamais observée avec une précision absolue. Ce n'est pas là pourtant une raison pour considérer la spéculation de Galilée sur ce mouvement comme peu importante et peu utile, pas plus ma foi que toute la mécanique qui traite des poids parce qu'on a coutume d'y admettre à tort que les corps pondérables tendent à tomber suivant des lignes parallèles entre elles, tandis qu'en réalité ces lignes convergent vers le centre de la terre. D'ailleurs pour la démonstration des théorèmes que nous traiterons ici, il suffit que pour des espaces arbitrairement petits l'accélération à partir du point de repos croisse suivant les nombres impairs 1, 3, 5, 7, comme Galilée l'a établi [3]).

[Fig. 1.]



Ainsi lorsqu'un corps pondérable est suspendu à un fil [Fig. 1], le fil éprouve une traction pour cette raison que le corps pondérable tend à s'éloigner dans la direction du fil d'un mouvement accéléré de cette espèce.

Or, par un mouvement accéléré suivant la progression enoncée un espace plus ou moins grand peut être parcouru dans le même temps comme lorsqu'un corps pondérable est maintenu sur un plan incliné AB [Fig. 2] par un fil CD parallèle à ce plan. En effet, dans ce cas aussi le corps tend à suivre une ligne DC d'un mouvement semblablement accéléré, mais non pas de telle façon qu'il parcourt en un certain laps de temps un chemin égal à celui qu'il parcourrait en ce même temps s'il avait été détaché d'un fil vertical. Il s'ensuit qu'on sent dans ce cas un moindre effort: d'autant moindre par rapport à cet autre dans la direction verticale que le corps parcourrait moins d'espace sur le plan incliné que dans la direction verticale durant le même temps.

---

[1]) Huygens n'a jamais publié cette démonstration; on la trouve à la p. 85 du Manuscrit A et nous la reproduisons plus loin dans ce Tome (Travaux divers de Statique et de Dynamique de 1659 à 1666, Deuxième Partie, Dynamique, I). Consultez d'ailleurs sa lettre à Moray du 16 septembre 1661, p. 320—321 du T. III, où l'on voit que Huygens en 1661 avait vérifié le résultat de son calcul par l'expérience.

[2]) Un tel trait indique, ici et dans la suite, la fin d'une page de l'édition de 1703 des „Opuscula postuma".

mis spatiis eandem rationem perfectissimè observatum iri. Nunc autem, sicut ex illa fit ut sphæra ex subere brevi eo perveniat unde æquabili deinceps celeritate decidere pergat; quod de plumbea etiam necessario verum est, minuta adeo ut pro gravitate sua tantam superficiem habeat quantam suberea, hoc est, cujus diameter sit ad diametrum illius, sicut gravitas specifica suberis ad gravitatem plumbi, ut alias ostendi [1]): ita de plumbea quoque quantumvis magna existimo, si per aerem cadere pergat, perventuram quoque tandem ad æquabilem
p. 402. motum, post | [2]) immensum videlicet spatium peractum. adeo ut accelerationis ratio hìc locum non sit habitura, ac proinde revera nunquam præcisione exquisitissima servetur. Veruntamen non propterea parum egregia atque utilis Galilei de hoc motu speculatio censenda est, non magis hercle quam mechanica omnis quæ circa pondera versatur quod falso in illa præsumi soleat gravia parallelis inter se lineis descendere conari quæ revera ad centrum terræ vergunt. Cæterum ad illorum demonstrationem, quæ nos hic tractabimus, sufficit in minimis quamlibet spatijs à quietis puncto accelerationem crescere secundum impares numeros 1, 3, 5, 7, ut Galileus statuit [3]).

Itaque [4]) cum grave ex filo suspensum est [Fig. 1], ideo trahitur filum, quoniam grave conatur recedere secundum lineam fili motu accelerato ejusmodi.

[Fig. 2.]



Potest autem motu secundum dictam progressionem accelerato majus minusve spatium eodem tempore confici. velut cum in plano inclinato AB [Fig. 2] grave sustinetur filo CD ipsi plano æquidistanti. Nam & hic conatur grave progredi per lineam DC motu similiter accelerato, sed non ut tantundem spatii percurrat certa temporis particula, quantum percurreret eadem particula si à filo perpendiculari dimissum esset. Unde & minor conatus hic sentitur, qui nempe tanto minor est altero illo conatu perpendiculari, quanto minus spatium eodem tempore in plano inclinato quam in perpendiculari grave transiturum esset [5]).

---

[3]) Voir (p. 210 du T. VIII de l'édition nationale) le „Corollarium I" du „Theorema II, Propositio II" de la „Giornata terza" des „Discorsi".

[4]) Comparez la note 2 de la p. 255.

[5]) On lit encore dans le Manuscrit: „nam quanto minus spatium eodem tempore globus idem C in plano inclinato BA percursurus est quam in perpendiculari, tanto levius attrahere filum CD, quam illud unde perpendiculariter sustinetur, ostensum est".

Nous admettons en outre que toutes les fois que deux corps de poids égaux ſont l'un et l'autre retenus par un fil et qu'ils poſſèdent la tendance de s'éloigner dans la direction du fil d'un même mouvement accéléré, par lequel ils parcourraient des chemins égaux dans le même temps, l'on ſent auſſi la même traction de ces fils ſoit vers le bas ſoit vers le haut ſoit dans toute autre direction où ils ſont tirés, ſans qu'il faſſe aucune différence de quelle cauſe cette tendance provient, pourvu qu'elle ſoit là. Or, la même tendance exiſte lorsque, ſi l'on met les corps en liberté, autrement dit ſi l'on ne tient pas leur tendance en échec, un même mouvement aura lieu. Et ceci ne doit être appliqué qu'au mouvement initial, en prenant un laps de temps auſſi petit que poſſible. En effet, ſi par exemple le globe B [Fig. 3] eſt ſuſpendu au fil AB et touche latéralement la ſurface concave CD, mais de telle manière que la droite menée du centre B de la ſphère au point de contact ſoit perpendiculaire tant au fil AB qu'à la tangente à la courbe, nous ſavons que le globe n'eſt nullement ſupporté par la ſurface CD mais qu'il tire la corde AB avec autant de force que s'il ne touchait pas la ſurface CD mais qu'il était librement ſuſpendu. Néanmoins s'il eſt détaché de la corde et qu'il tombe, il ne deſcendra pas de la même manière que s'il quittait la corde après avoir été librement ſuſpendu; mais précipité ſur la ſurface CD il n'obſervera pas même exactement la proportion de l'accélération indiquée par les nombres impairs 1, 3, 5, 7. Il apparaît donc qu'il ne faut pas avoir égard à ce qui arrivera au corps quelque temps après ſa ſéparation de la corde, mais qu'il faut conſidérer un laps de temps auſſi petit que poſſible après le commencement du mouvement, ſi nous voulons déterminer la force de la tendance au mouvement. Or, le globe B commence dans ce cas à ſe mouvoir après la ſéparation de la corde comme s'il était tombé verticalement, parce qu'au commencement il a cette inclination au mouvement qui eſt ſelon la droite AB, puisque celle-ci eſt parallèle à la tangente à la courbe en C. Voyons maintenant dans le cas de corps liés à un fil ou à une roue qui tourne, de quelle nature et de quelle grandeur eſt la tendance qui les porte à s'éloigner du centre.

[Fig. 3.]



Suppoſons la roue BG [Fig. 4] qui tourne autour de ſon centre A parallèle au plan de l'horizon; un globule lié à la circonférence poſſède, lorsqu'il a atteint le point B, la tendance de continuer ſon mouvement ſuivant la droite BH qui touche la roue en B; en effet, s'il eſt détaché en cet endroit de la roue et qu'il s'envole, il prendra le chemin droit BH et ne le quittera pas à moins qu'il ne ſoit tiré en bas par la force de la gravité ou que ſon cours ne ſoit entravé par la rencontre d'un autre corps. Mais ce qui paraît à première vue difficile à comprendre, c'eſt pourquoi le fil AB eſt ſi fortement tendu alors que le globe a la tendance de ſe mouvoir

Porro quoties duo corpora æqualis ponderis unum quodque filo retinetur, ſi conatum habeant eodem motu accelerato, & quo ſpatia æqualia eodem tempore peractura ſint, ſecundum extenſionem fili recedendi: Æqualem quoque attractionem iſtorum filorum ſentiri ponimus, ſive deorſum ſive ſurſum ſive quamcunque
p. 403. in| partem trahantur. Neque referre qua ex cauſa conatus ejuſmodi oriatur, dummodo adſit. Adeſt autem idem conatus, ſi data facultate ſeu non inhibito conatu, idem circa motum continget. Idque in initio motus tantum ſpectandum eſt, accepta parte temporis quamlibet exigua. Nam ex. gr. ſi globus B [Fig. 3] pendeat a filo AB, tangat autem a latere ſuperficiem cavam CD, verum ita ut quæ a centro ſphæræ B ad contactum ducitur ſit & filo AB & tangenti curvam perpendicularis [1]), ſcimus jam globum neutiquam à ſuperficie CD ſuſtineri, ſed æque valide trahere funem AB ac ſi planum CD non tangeret ſed libere ſuſpenſus eſſet. Attamen ſi à fune ſeparetur decidatque, non deſcendet eodem modo, ac ſi libere ſuſpenſus fune excidiſſet, ſed per ſuperficiem CD devolutus ne quidem accelerationis proportionem ſecundum numeros impares 1, 3, 5, 7 accurate ſervabit. Itaque apparet non illud reſpiciendum quid aliquandiu poſt ſeparationem à fune gravi futurum ſit, ſed quamlibet minimam temporis particulam ab incepto motu conſiderandam, ſi vim conatus determinare velimus. Incipit autem hîc globus B, poſt ſeparationem à fune, ita moveri, quemadmodum ſi perpendiculariter decidiſſet, quoniam initio eam determinationem motus habet quæ eſt ſecundum rectam AB, quoniam hæc tangenti curvam in C parallela eſt. Nunc videamus quis quantusque conatus ſit corporibus filo vel rotæ quæ circumgyratur alligatis, ut à centro recedant.

[Fig. 4.]



Sit rota BG [Fig. 4] quæ circa A centrum convertatur, horizontis plano æquidiſtans. globulus ad circumferentiam ligatus, ubi ad B punctum venerit, conatum habet pergendi ſecundum rectam BH, quæ rotam in B contingit: nam, ſi hic ab rota ſeparetur avoletque rectam viam BH inſiſtet, nec relinquet eam niſi vi gra-
p. 404. vitatis deorſum| trahatur, vel occurſu alterius corporis curſus ejus impediatur. Hoc vero primo intuitu difficile intellectu

[1]) Au lieu de la phrase précédente on lit dans le Manuscrit: „ut quæ a contactu ad sphæram ducitur sit ipsi AB perpend.laris". Le changement a été apporté par les éditeurs des „Opuscula postuma".

ſuivant la droite BH qui eſt perpendiculaire à AB. Mais tout s'expliquera par les conſidérations ſuivantes. Suppoſons cette roue très grande de ſorte qu'elle emporte facilement avec elle un homme placé ſur elle en B près de ſa circonférence, mais attaché de ſorte qu'il ne peut pas être lancé dehors lui-même; et que cet homme tienne de ſa main un fil à l'autre bout duquel ſoit attaché une balle en plomb [2]). Eh bien, le fil ſera tendu de la même manière, et tout auſſi fortement par la force de la rotation, ſoit qu'il ſoit tenu de cette manière, ſoit qu'il ſe prolonge juſqu'en A et qu'il ſoit attaché là; quant à la cauſe de ſa tenſion, on pourra maintenant mieux en juger. Prenons des arcs égaux BE, EF, petits par rapport à la circonférence entière, par exemple des centièmes parties ou de plus petites encore. L'homme attaché à la roue de qui nous avons parlé, parcourt donc ces arcs en des temps égaux, tandis que le plomb, s'il était abandonné à lui-même, parcourrait les droites, égales à ces arcs, BC et CD, dont les extrémités C et D ne tombent, il eſt vrai, pas préciſément ſur les droites qui relient le centre A aux points E et F, mais s'en écartent extrêmement peu dans la direction vers B. Il appert maintenant que lorſque l'homme ſera parvenu juſqu'en E, le plomb ſera en C s'il a été lâché au point B, tandis que, lorſque l'homme aura atteint le point F, le plomb ſera en D; nous dirons donc à bon droit que le plomb a cette tendance [3]).

Que ſi les points C et D [4]) étaient ſur les prolongements des droites AE et AF, il ſerait certain que le plomb tend à s'éloigner de l'homme ſuivant la droite même qui émanant du centre paſſe par l'endroit qu'il occupe; et cela de telle façon que pendant le premier laps de temps il s'éloignerait de lui à une diſtance EC, et qu'après le deuxième il ſe trouverait à une diſtance FD. Or ces diſtances EC, FD etc. croiſſent de la même manière que la ſérie des carrés depuis l'unité: 1, 4, 9, 16 etc. En effet, elles s'accordent d'autant plus exactement avec cette ſérie que les particules BE, EF ſont priſes plus petites: elles doivent par conſéquent être conſidérées comme n'en différant abſolument pas au tout premier commencement. Il eſt donc évident que la tendance qui exiſte en ce cas ſera tout-à-fait

[1]) Au lieu des deux derniers mots, intercalés par les éditeurs des „Opuscula postuma", on lit dans le Manuscrit: „superstantem".

[2]) On doit se représenter la longueur de ce fil comme très petite, lorsque la main de l'homme se trouve très près du bord de la roue.

[3]) Savoir la tendance à s'éloigner successivement par les distances EC et FD. Or, pour rendre cette conclusion encore plus évidente Huygens écrivit en marge l'annotation suivante:



„non reſpiciendum quomodo a filo ſeparari conetur ſitum AB ſervante, ſed quomodo àb eodem moveri pergente receſſurum ſit. Quod exemplo globuli ex filo ſuſpenſi quod quis æquabili motu horizontali defert clarum fiet. hoc enim ſi ſeparetur à filo in B parabolam deſcribet BC quæ ad rectos angulos occurrit AB. Verum tamen conatum integrum gravitatis

videtur, cur adeo tendatur filum AB, cum globus conetur ire ſecundum BH rectam quæ ad AB perpendicularis eſt. Sed omnia hoc modo clara fient. Cogitemus maximam quampiam rotam hanc eſſe, ut hominem prope circumferentiam ei inſiſtentem [1]) in B, facile una ſecum deferat; verum ita affixum ut ne excuti ipſe poſſit; teneat autem manu ſua filum cum alligata ad caput alterum fili glande plumbea [2]). Eodem igitur modo & æque valide filum tendetur ex vi vertiginis, ſive ita contineatur, ſive filum idem ad centrum uſque A porrigatur, ibique deligatum ſit: ratio autem ob quam tenditur manifeſtius jam percipi poterit. Sumantur arcus æquales BE, EF, exigui ratione totius circumferentiæ, puta partes centeſimæ vel minores etiam. Hoſce igitur arcus is quem diximus homo æqualibus temporibus pertranſit rotæ affixus, plumbum autem iiſdem temporibus decurreret, ſi dimitteretur, per rectas BC, CD dictis arcubus æquales, quarum termini C, D, non quidem in eas rectas incidunt omnino, quæ ex centro A per puncta E, F, ducuntur, ſed minimum quid verſus B ab iis lineis diſtant. Apparet jam, ubi homo pervenerit in E, plumbum futurum in C, ſi in B puncto dimiſſum fuiſſet, ubi autem ad F ille pervenerit, futurum in D. unde hunc conatum ineſſe plumbo rectè dicemus [3]).

[Fig. 4.]



Quod ſi jam puncta C, D [4]) eſſent in rectis AE, AF productis, certum eſſet conari plumbum recedere ab homine per ipſam lineam quæ à centro per locum ejus ducitur; & quidem ita ut prima temporis parte removeatur ab eo ſpatio EC, ſecunda autem parte temporis diſtet ſpatio FD. Hæc autem ſpatia EC, FD &
p. 405. cætera | deinceps ita creſcunt ut quadratorum ſeries ab unitate 1, 4, 9, 16 &c. nam tanto ſanè exactius hanc ſeriem referunt quanto minores particulæ BE, EF acceptæ fuerint, ideoque in ipſo initio tanquam nihil differrent conſideranda ſunt.

manus sentit. Quoniam respectu manus moveri pergentis descendere conatur globus secundum extensionem fili, nam ubi manus pervenerit in E, globus a filo separatus esset spatio DC. Et plane rectam lineam percurreret respectu manus motae licet respectu quiescentis parabolam percurrat".

[4]) Savoir les points choisis plus haut de sorte que BC = arc BE et BD = arc BF.

ſemblable à celle qu'on ſent lorſque le globe eſt tenu en ſuſpenſion à un fil, parce que dans ce dernier cas auſſi le corps tend à s'éloigner ſuivant la direction même du fil d'un mouvement ſemblablement accéléré; de ſorte qu'à la fin du premier laps de temps le corps aura parcouru la petite diſtance 1, après deux laps de temps 4 petites diſtances, après trois 9 petites diſtances, etc. Ainſi en ſerait-il donc ſi les points C et D ſe trouvaient ſur le prolongement des droites AE et AF. Mais maintenant comme ces points s'écartent un peu des droites nommées dans la direction de B, il s'enſuit que le globe tend à s'éloigner de l'homme non pas ſuivant la ligne droite qui part du centre A, mais ſuivant une certaine courbe qui touche cette droite à l'endroit où l'homme ſe trouve. En effet, ſi au point B un plan PQ [Fig. 5] touche la roue, plan que nous ſuppoſons attaché à la roue et tournant avec elle, le globe B, s'il ſe détache de la roue ou du plan nommé, décrira par rapport à ce plan et au point B, leſquels continuent leur mouvement, une courbe BRS qui touchera en B le prolongement du rayon AB animé du même mouvement. Si nous voulons décrire cette courbe, il ſuffira d'enrouler un fil quelconque ſur la circonférence BNM et de mouvoir ſon extrémité B vers RS de telle manière que la partie qui a quitté la circonférence BNM reſte toujours tendue, car par ce mouvement le fil décrira de ſon extrémité la dite ligne BRS, ce qu'il eſt facile de démontrer. Or, cette ligne poſſédera la propriété ſuivante: en quelque point, tel que N, de la circonférence qu'on mène une tangente à la circonférence coupant la courbe en R, cette droite NR ſera égale à l'arc NB; ce qui eſt évident d'après la genèſe de la courbe. Il s'agit maintenant de démontrer que la courbe et la droite AB ſe touchent au point B. Soit NR une tangente à la circonférence parallèle à AB. Il eſt certain que la partie BR de la courbe eſt ſituée toute entière entre les droites parallèles AB et NR, car ſi l'on y prend un point quelconque tel que O et qu'on fait paſſer par ce point la tangente à la circonférence VOL, LO ſera égale à l'arc LB et par ſuite plus petite que la tangente du même arc qui eſt LV: par conſéquent il eſt néceſſaire que le point O tombe entre V et L; et la même choſe peut être démontrée pour un point quelconque ſitué ſur BR.

[Fig. 5.]



Si l'on dit maintenant que la droite BV ne touche pas la courbe BR en B, on pourra donc tracer à partir de B une certaine droite BK faiſant avec BV un ſi petit angle qu'elle ne coupe pas la courbe BR; ſoit BK cette droite. Tirons le rayon AL parallèle à BK et ſoit LH perpendiculaire à cette même droite BK et

Itaque ſimilem planè conatum hunc fore conſtat illi qui ſentitur cum globus filo ſuſpenſus tenetur, quoniam tunc quoque conatur recedere ſecundum lineam ipſius fili, motu ſimiliter accelerato; ut nempe prima temporis parte exacta peregerit ſpatiolum 1, duabus temporis partibus ſpatiola 4, tribus 9 &c. Sic igitur ſe res haberet ſi puncta C, D, eſſent in rectis AE, AF productis. Nunc autem quia parum verſus B à prædictis lineis recedunt, contingit inde ut globus non per rectam lineam è centro A venientem conetur ab homine recedere ſed per curvam quandam quæ rectam illam tangit eo loco ubi homo conſiſtit. Nempe ſi rotam contingat in B [Fig. 5] planum PQ, quod ei ſit affixum atque una cum ipſa circumferatur, globus B, ſi a rota ſeu plano dicto ſeparetur, deſcribet reſpectu ejuſdem plani punctique B porro moveri pergentium curvam BRS, quæ radium AB una tranſlatum productumque tanget in B. quam curvam ſi deſcribere velimus, tantum filum aliquod circumferentiæ BNM circumponendum eſt, ejuſque caput B ducendum verſus RS, ita ut ſemper extenſa maneat pars ea quæ circumferentiam BNM reliquit; hoc enim motu, extremo ſui puncto, dictam lineam BRS deſcribet; quod facile eſt oſtendere. Erit autem hæc lineæ proprietas, ut ſi ad quodlibet circumferentiæ punctum, ut N, ducatur tangens circumferentiam quæ occurrat curvæ in R, hæc ipſa NR æqualis ſit arcui NB; quod ex ortu perſpicuum eſt. Tangere autem ſe mutuo curvam rectamque AB in puncto B eſt oſten-
p. 406. dendum. Sit NR tangens circumferentiæ, | parallela AB. Conſtat [1]) curvæ partem BR totam intra rectas parallelas AB, NR jacere, nam ſi quodvis in ea punctum ut O ſumatur, per quod tangens ad circumferentiam ducatur VOL, erit LO æqualis arcui LB ideoque minor tangente ejuſdem arcus, quæ eſt LV: unde punctum O inter V & L cadere neceſſe eſt. atque idem de quocunque puncto in BR accepto oſtendi poteſt.

[Fig. 4.]



Jam vero ſi curvam BR dicatur non tangere recta BV in B, ergo poterit duci ex B recta quæpiam BK tam exiguo angulo ſuper BV inclinata ut curvam BR non ſecet. ſit ea BK. Ducatur AL radius parallelus BK, ſitque LH ad eandem BK perpendicularis. ideoque & ad AL. Eſt igitur LH æqualis ſinui arcus BL ideoque

[1]) Le Manuscrit intercale „jam".

[Fig. 5.]



par conséquent aussi à AL. LH est donc égale au sinus de l'arc BL et par suite moindre que cet arc. Mais la droite LHO comprise entre le point de contact L et la courbe BR est égale à ce même arc. Une certaine partie de la courbe BR sur laquelle se trouve le point O tombera donc à l'intérieur de l'angle VBK quelque petit qu'on suppose cet angle. D'où il est évident que la droite BK coupe la courbe et encore que, par suite, BV la touche au point B.

Comme le globe qui tourne avec la roue tend donc à décrire une courbe par rapport au rayon sur lequel il est situé, savoir une courbe telle qu'elle touche le rayon, il apparaît qu'en vertu de cette tendance le fil auquel le globe est lié ne doit pas être tendu d'autre façon que si le globe avait la tendance de se mouvoir suivant le prolongement même du rayon.

Or, les distances que le globe parcourrait sur la dite courbe dans des temps croissant par portions égales, sont aussi entre elles comme la série des carrés depuis l'unité 1, 4, 9, 16 etc., bien entendu si nous portons nos regards sur le commencement du mouvement et sur des espaces très-petits; ce que la figure ci-jointe [Fig. 6] fait voir, où BE, EF, FM sont pris comme arcs égaux sur la circonférence de la roue, et où BK, KL, LN sont des droites situées sur la tangente BS égales aux dits arcs; tandis qu' EC, FD et MS sont des lignes provenant du centre. Par conséquent dans cette figure si le globe fût détaché en B de la roue tournante, au moment où le point B serait parvenu en E le globe serait en K et aurait parcouru la petite partie EK de la courbe décrite plus haut; mais à la fin du deuxième temps, lorsque B serait venu en F, le globe se trouverait en L et aurait alors parcouru la partie FL de la courbe. Et de même lorsque B serait venu en M, le globe aurait décrit la partie MN de la courbe. Or, ces parties de la ligne courbe doivent être considérées, immédiatement après la séparation du globe de la roue, comme identiques avec les droites EC, FD et MS qu'elles touchent; parce que les arcs peuvent à partir du point B être pris si menus que la petite différence qui existe entre les

[1]) On trouve encore en marge: „vel sic, si BV non est tangens in B. Sit ergo BK tangens. Probetur deinde non esse. Ergo sola BV tangens erit."

hoc arcu minor. Æqualis autem eidem arcui est recta LHO inter contactum L & curvam BR intercepta. Itaque pars aliqua curvæ BR in qua est punctum O cadet intra angulum VBK, quamtumvis exiguus esse ponatur. Unde manifestum est rectam BK secare curvam, ideoque BV demum tangere eam in B [1]).

Cum itaque globus cum rota circumactus curvam describere conetur respectu radii in quo situs est, ac talem quidem quæ radium contingat, apparet conatu hoc filum cui alligatus est, non secus tendi debere quam si secundum ipsum radium productum globus ire conetur.

Sunt autem & spatia quæ in dicta curva globus peracturus esset temporibus æqualiter crescentibus, sicut series quadratorum ab unitate 1, 4, 9, 16, &c. si videlicet principium motus spatiaque minima attendamus; quod apposita figura [Fig. 6] ostendit, ubi arcus æquales in circumferentia rotæ accepti sunt BE, EF, FM; &

[Fig. 6.]



in tangente BS rectæ dictis arcubus æquales BK, KL, LN; lineæ vero ex centro sunt EC, FD, MS. Hic itaque si globus à circumeunte rota divelleretur in B; tum
p. 407. ubi | punctum B pervenisset in E globus esset in K, particulamque curvæ supra descriptæ percurrisset EK. post secundum vero tempus exactum cum B venisset in F, globus in L reperiretur, jamque curvæ partem FL percurrisset. Similiterque cum B venisset in M, globus peregisset curvæ portionem MN. Hæ vero curvæ lineæ partes tanquam eædem cum rectis EC, FD, MS, quas contingunt, in principio separationis globi ab rota, considerandæ sunt. quoniam tam parvi arcus à

droites et ces courbes aura à leur longueur un rapport plus petit que tout rapport imaginable.

Par conſéquent les eſpaces EK, FL et MN doivent être conſidérés eux auſſi comme croiſſants ſuivant la ſérie des carrés depuis l'unité 1, 4, 9, 16. Et ainſi la force exercée par le globe attaché à la roue tournante ne ſera pas autre que s'il tendait à ſe mouvoir ſuivant la droite qui relie le centre à lui, et cela d'un mouvement accéléré par lequel il parcourrait en des temps égaux des diſtances qui croiſſent ſuivant les nombres 1, 3, 5, 7, etc. En effet, il ſuffit que cette progreſſion ſoit obſervée au commencement; car quand même il ſe mouvrait plus tard ſelon n'importe quelle autre loi ou par n'importe quel mouvement, ceci ne ferait aucune différence pour la tendance qui exiſte avant le commencement du mouvement. Mais cette tendance dont nous avons parlé eſt abſolument ſemblable à celle avec laquelle les corps pondérables ſuſpendus à un fil aſpirent à deſcendre. D'où nous conclurons auſſi que les forces centrifuges de corps mobiles inégaux, mais mus ſuivant des circonférences égales et avec la même viteſſe ſont entre elles comme les gravités ou quantités ſolides de ces corps. En effet, comme tous les corps pondérables tendent à tomber avec la même viteſſe et d'un mouvement accéléré identique, mais que cette tendance des corps a d'autant plus de force qu'ils ſont plus grands, il en doit être auſſi de même pour ceux qui tendent à s'éloigner d'un centre et dont la tendance, à ce que nous avons démontré, eſt parfaitement ſemblable à celle qui réſulte de la gravité. Mais tandis que la tendance à tomber eſt toujours la même pour un même globe toutes les fois qu'on le ſuſpend à un fil, celle d'un globe tournant avec une roue eſt au contraire plus petite ou plus grande ſelon que la roue tournera plus lentement ou plus rapidement. Reſte à examiner la grandeur ou quantité de chaque tendance pour diverſes viteſſes de la roue. Nous nous demanderons d'abord avec quelle viteſſe il faut faire tourner la roue propoſée pour que le globe tende ſon fil avec la même force que lorsqu'il y eſt verticalement ſuſpendu [1]).

Proposition I [2]).

Lorsque deux mobiles égaux parcourent en des temps égaux des circonférences inégales, la force centrifuge correſpondant à la plus grande circonférence ſera à celle de la plus petite circonférence dans un rapport égal à celui des circonférences elles-mêmes ou de leurs diamètres [3]).

[1]) C'était donc primitivement l'intention de Huygens d'aborder immédiatement le problème réſolu dans la Prop. V (p. 275), mais il n'a pas donné ſuite à ce projet, intercalant d'autres Propositions.

puncto B accipi poſſunt ut differentiola quæ eſt inter rectas curvaſque haſce, minorem rationem habeat ad ipſarum longitudinem, quavis ratione imaginabili.

Proinde igitur & ſpatia EK, FL, MN tanquam creſcentia ſecundum ſeriem quadratorum ab unitate 1, 4, 9, 16, ſpectanda ſunt. Atque ita conatus globi in circumeunte rota retenti haud alius erit, ac ſi ſecundum rectam quæ ex centro per ipſum ducitur progredi contenderet, idque motu accelerato quo æqualibus temporibus creſcentia percurreret ſpatia ſecundum numeros 1, 3, 5, 7, &c. ſufficit enim initio hanc progreſſionem obſervari; nam licet poſtea qualibet alia ratione vel motu feratur id ad conatum qui eſt ante inceptum motum nihil prorſus attinet. Is autem quem diximus planè ſimilis conatus eſt ei quo gravia ex filo pendentia deorſum pergere nituntur. Unde etiam concludemus vires centrifugas mobilium inæqualium ſed in circulis æqualibus æquali velocitate latorum eſſe inter ſe ſicut mobilium gravitates, ſeu quantitates ſolidas. Sicut enim gravia omnia eadem celeritate conantur deorſum labi motuque ſimiliter accelerato; tanto autem amplius momenti habet hic eorum conatus quanto majora fuerint; ita in iis quoque, quæ a centro tendere nituntur, evenire debet, quorum conatus plane
p. 408. ſimilis | eſt oſtenſus conatui, qui eſt ex gravitate. Cum autem ejuſdem globi idem ſemper ſit conatus ad deſcendendum quoties ex filo ſuſpenditur; contra verò globi in rota circumacti minor majorve conatus prout tardius celeriuſve rota verſabitur; ſupereſt ut magnitudinem ſeu quantitatem conatus cujuſque in diverſis rotæ celeritatibus inquiramus. Et primo quidem illud inveſtigabimus, qua celeritate rotam propoſitam circumagi neceſſe ſit ut æquè validè filum ſuum globus intendat, atque cum perpendiculariter ab illo eſt ſuſpenſus [1]).

[Propositio I.] [2])

Si mobilia duo æqualia æqualibus temporibus circumferentias inæquales percurrant; erit vis centrifuga in majori circumferentia, ad eam quæ in minori, ſicut ipſæ inter ſe circumferentiæ, vel earum diametri [3]).

[2]) La numération des Propositions et l'ordre dans lequel elles se suivent est l'œuvre des éditeurs des „Opuscula postuma". En effet, dans le Manuscrit la Prop. II de notre texte précédait la Prop. I. La raison de ce changement, comme les éditeurs le disent dans leur Préface, c'est qu'ils ont cru bien faire en suivant dans l'ordre (et même quelquefois dans la rédaction) des Propositions, autant que possible, les „Theoremata" sur la force centrifuge ajoutés par Huygens sans démonstrations vers la fin de son „Horologium oscillatorium"; ces „Theoremata" sont reproduits dans l'Appendice III qui suit (p. 315).

[3]) Dans le Manuscrit cette Proposition se lit comme il suit: „Si mobile idem æqualibus temporibus circulos inæquales percurrat, erit vis centrifuga in majori ad eam quæ in minori, sicut diameter circuli majoris ad minoris diametrum." Le changement a été apporté par les éditeurs des „Opuscula postuma"; comparez la note 2.

